

Hom. 10.

c AMBRO. Bonus Deus, & facilis indulgere peccatis, non solum ablata restituit, sed etiam in spera concedit. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conficiat delictorum premia diuina despetat. Nouit Deus marare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Ille siquidem dudum mutus prophetizat, vnde dicitur. Zacharia. eius reple, est Spiritu sancto. CHR. Y. Scilicet operatione sancti Spiritus, ne quocumque modo gratiam Spiritu sancti nactus, sed ad plenum, & fulgebatur in eo Prophetia donum. vnde sequitur. Et prophetauit. ORIG. Plenus autem Spiritu sancto Zacharias duas prophetias generaliter nuntiatio, primam de Christo, alteram de Ioanne, quod manifeste de verbis illius pbatur in quibus quasi descripti, & quasi iam versarentur in mundo loquitur de Ioanne, & primo de Salvatore dicens. Benedictus do. Deus I. quia visi, & fecit redem. plebis sue. CHR. Y. Dum Deum benediceret Zacharias, visitationem dicit esse factam ab eo erga populum suum, siue materiales Israelitas quis velit accipere, venit. ad ones que perierant domus Israel siue spirituales, si fideles qui digni fuerit hanc visitatione, efficaciter erga se diuinam prouisionem facientes. B. E. D. A. H. Visitauit autem dominus plebem suam quasi longa infirmitate ta bescentem, & quasi venditam sub peccato vnici filij sui sanguine redemit. Quod quia Zacharias proxime faciendum cognouerat, propheticum more quasi iam factum narrat. Dicit autem. Plebem suam. non quia ueniens suam inuenit, sed quia visitando sua fecit. THEOPH. Videbatur Deus dormire peccata multa respiciens, sed in nouissimis incarnatus temporibus excitatus est, & contriuit demones qui nos oderant. vnde dicitur. Et erex. cor. sano. in do. Da. pue. sui. ORIG. Quia de semine Dauid secundum carnem natus est Christus. vnde dicitur. Cornu salutis nobis in domo Dauid. sicut et alibi dictum est. Vinea facta est in cornu, i. in Iesu Christo. CHR. Y. Cornu autem nominat potestatem, gloriam, & famam, Metaphorice a brutis animalibus illud accipiens, quibus locum in minimis & gloria cornu Deus dedit. B. E. D. A. Cornu etiam salutis regnum Saluatoris Christi vocatur. Osa siquidem omnia carne inuoluta sunt. Cornu excedit carnem, & ideo cornu salutis regnum Christi vocatur, quo mundus & carnis gaudia superantur, in cuius figuram Dauid & Salomon cornu olei sunt in regni gloriam consecrati. THEO. Quod de domo Dauid Christus nasceretur: Michas mentionem facit dicens. Et tu Bethleem terra Iuda nequa quam minima es, ex te enim exierit Dux, qui regat populum meum Israel. Sed & omnes prophetae de incarnatione dixerunt. Et ideo dicitur. Sicut locu. est per os sanctorum Prophetarum. GRE. Per quod innuit Deum per illos esse locutum, & non esse humanum quod dixerunt. B. E. D. A. Dicit autem. Qui a seculo fuit. quia tota veteris testamenti scriptura prophetice de Christo processit: nam & ipse pater Adam & ceteri patrum, factis suis eius dispensationi testimonium reddunt. B. E. D. A. Cum primo breuiter pramississet: Exiit cornu salutis nobis, continuo explanans quid dixerit, subdit. Saltem ex inimicis nostris, quasi dicit, exiit nobis cornu, i. exiit nobis salutem ex inimicis nostris. Et de manu omnium qui oderunt nos. ORIG. Non autem putemus nunc de corporalibus inimicis dici, sed de spiritualibus. Venit enim dominus Iesus foris in praelio destrueret omnes inimicos nostros, vt nos de eorum insidijs, & tentationibus liberos faceret. B. E. D. A. Dixerat Dominus, iuxta eloquia Prophetarum in domo Dauid nasceretur, dicit eundem ad explendum testamentum quod Abraham disposuit nos esse liberaturum, quia his precipue Patriarchis de suo semine, vel congregatio gentium, vel Christi esse incarnatio promissa. pramittitur autem Dauid, quia Abraham sanctus Ecclesie ceteris est promissus: Dauid autem, quod ex eo Christus nasceretur, & auduit. Et ideo post id quod dictum est de Dauid, subdit de Abraham dicens. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. ORIG. Ego puto, quod in aduentu Domini Saluatoris, & Abraham, & Isaac, & Iacob fructi sunt misericordia Dei. Non est enim credibile, vt qui prius viderunt diem illius & latenti sunt, postea in aduentu ipsius nihil utilitatis acciperent, cum scriptum sit. Pacem faciens per

anguinem crucis sue, siue super terram siue in celis. THEO. Christi etiam gratia se vsque ad illos extendit, qui mortui exierunt, quia per eum refugerunt non solum nos, sed & qui fuerunt ante mortui. Fecit & misericordiam cum patribus nostris, secundum quod eorum spem & desiderium impleuit. vnde sequitur. Et memorari testamenti sui sancti. Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum datum se nobis. h. Vt sine timore de manu inimicorum nostrum liberati, seruiamus illi. i. In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. K. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, prebis enim ante faciem Domini parare vias eius. B. A. S. I. L. I. V. S. Nemo autem audiens, quod iurasset Dominus Abraham, ad iurandum sit promptus, sicut enim furor de Deo dicitur non significat passionem sed punitionem, sic neque Deus iurat vt homo, sed verbum eius loco iuramenti nobis ad veritatem exprimitur, immutabili sententia quod promissum est approbas. CHR. Y. S. O. Quia exortum nobis cornu salutis ex domo Dauid dixerat, ostendit quod per ipsum & gloriam participamus & dispensia inimici vitauimus. vnde dicit. Vt sine timore de manu inimicorum nostrum liberati seruiamus illi. Duo predicta non facile reperit aliquis sese comitantia, plures enim euitant pericula: sed vita gloriosa priuantur, sicut sceleris patratore, qui de carcere ex indulgentia Regia absoluntur, econtra gaudent Angeli gloria: sed ob hanc periclitari coguntur, sicut milites bellicos vitam inclytam amplectentes securitate multoties caruerunt. Sed hoc cornu & saluar & glorificat. saluar quidem eripiens a manibus hostium, non leuiter sed mirifice, vt non sit ultra timendum. Et hoc est, quod dicit. Vt sine timore. ORIG. Vel aliter, crebro de hostium manu aliqui liberantur: sed non absque timore. Cum enim metus & discrimen ante processerint, & sic in inimicorum manu quis eruat, liberatus est quidem. sed non sine timore: ideo dixit, quod Christi aduentus sine timore nos a manibus hostium eripit fecit. Non enim eorum insidias sentimus, sed repente ab eis nos segregans eduxit ad fortis propria mansionem. CHRYSOSTOMVS. Glorificat Zacharias Dominum, quia fecit nos sibi seruire cum plena fiducia non carnaliter vt Iudaei in sanguine victimarum, sed spiritualiter in bonis operibus. Et hoc est, quod dicit. In sanctitate & iustitia. Est enim sanctitas apta circa Deum aequitas. Iustitia vero qua est circa homines: puta quod aliquis reuerenter exequatur diuina, & quo ad homines laudabiliter conuerteret. Dicit autem, non coram hominibus, vt hypocrite volentes hominibus placere sed coram Deo, sicut hi quorum commendatio non est ab hominibus, sed a Deo, & hoc non semel aut ad tempus, sed singulis diebus & quoadiu vixerint. vnde dicit. Omnibus diebus nostris. B. E. D. A. Nam qui vel ante mortem ab eius seruitio discedit, vel immunditia qualibet sine iniustitia fidei sue sinceritatem commaculat, vel coram hominibus tantum, non coram Deo, sanctus, & iustus perdurare tendit, nondum perfecte de manu spiritualium inimicorum liberatus Domino seruit, sed exemplo veterum Samaritanorum dijs gentium pariter & demonio seruire conatur. AMBROSIVS. Pulchre cum de Domino prophetaret, ad Prophetam sua verba conuertit, vt hoc quoque beneficium esse Domini designaret, ne cum publica numeraret, sua quasi ingratus tacuisse videretur. vnde dicitur. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis. ORIGEN. Ideo reor Zachariam fecisse in eremo moraturum, nec se eius posse habere praesentiam. AMBRO. Sed fortasse aliqui quasi irrationabilem mentis excessum putent, quod octo dierum infantem alloquitur. Verum si teneamus superiora, intelligimus, pfecto, quod ponit vocem patris natus audire, quod Maria salutatione anteq naceret audivit. sciebat propheta esse aures, prophetam, quod ipse Dei non corporis etate referant, habebat intelligendi sensum, quod exultandi habebat affectum. B. E. D. A. Nisi forte putandus est Zacharias propter eos qui aderat potius instruendo futura

futura sui filij munez que dudum per Angelum didicerat, mox vt loqui potuit predicare voluisse. Audiant Arriani quod Christum quem Ioannes prophetando praebat altissimum vocat, sicut in Psalmo dicitur: Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. CHR. Y. Sicut autem regibus committiones sunt, qui eis viciniore exiunt, sic Ioannes cum esset amicus sponsi de prope eius aduentum praecessit. & hoc est quod subditur. Praebis enim ante faciem Domini parare vias eius. Alij enim prophetae emittunt Christi mysterium praedicauerant, hic vero ppius praedicit vt & Christum videret, & cum ceteris indicaret. GREGOR. 19. Mor. Qui quisquis rem praedicaudo a foribus vitorum corda audientium mundat, veniens sapientia ad cor viam praeparat. THEOPH. Qualiter praecursor viam Domini praeparauit exponit subdens. Ad dan. scientiam salu. ple. eius. Salus dominus Iesus est data est autem plebi scientia salutis, i. Christi a Ioanne, qui testimonium perhibebat de Christo. B. E. D. A. Quasi Iesu, Saluatoris nomen exponere. & diligentius commendare desiderans, salutis mentionem frequentat, sed ne temporalem salutem promitti putares subdit. In remissionem peccatorum eorum. THEOPH. Non enim aliter cognitus esset. Deus, nisi plebi peccata dimississet. Dei enim est peccata dimittere. B. E. D. A. Vt rum Iudaei non Christum suscipere, sed Antichristum malunt expellere, quia non intus a peccati dominio: sed foris ab humanae feruitutis iugo cupiunt liberari. THEOPH. Quia Deus peccata nobis dimisit, non propter opera nostra sed propter misericordiam suam, ideo conuenienter addidit. Per visce. mife. Dei nostri. CHR. Y. Quam quidem misericordiam non ipsum inquirentes inuenimus: sed desuper nobis Deus aperuit, vnde sequitur. In quibus. misericordiae operibus. Visitauit nos, i. assumptam carne. Oriens ex alto. GR. A. E. C. V. S. In altis permanens, in terrenis praesens, non diuitem patris, neque circuitur prionem, quod intellectus noster comprehendere non potest, nec vlla serie verborum exprimeret. n. B. E. D. A. Recte Christus oriens vocatur, quia nobis ortum vere lucis aperuit. vnde sequitur. Illuminare his qui in tene. & in vm. mor. sedent. CHR. Y. Tenebras hic appellat non materiales, sed errorem & fide distantiam. B. A. S. I. Tenebra enim erat plebs gentilis, quae idolorum cultu grauatur, donec lux ortu dispersit caliginem & splendorem veritatis expandit. GR. E. 4. Mor. Vmbra vero mortis obliuio mentis accipitur. Sicut enim mors hoc quod interficit agit, vt non sit in vita ita obliuio hoc quod intercipit agit, vt non sit in memoria. vnde Iudaeorum populus qui Dei oblitus fuerat, dicitur in vmbra mortis sedere. Vmbra etiam mortis mors carnis accipitur, quia sicut vera mors est qua anima separatur a Deo, ita vmbra mortis est qua caro separatur ab anima. vnde voce rudiore dicitur: Operuit nos vmbra mortis. Per vmbra etiam mortis imitatio diaboli qui mors in Apocalypsi dicitur designatur, quia sicut vmbra iuxta qualitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius exprimuntur. CHR. Y. Recte autem dicit. Sedent non enim ambulabamus in tenebris, sed sedebamus. THEO. Non solum autem oriens Dominus his qui in tenebris sedent illuminat, sed aliquid amplius facit. vnde sequitur. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Via pacis est via iustitiae ad quam direxit pedes, i. affectus animarum nostrarum. GR. E. G. in Homi. Tunc enim gressus nostros in viam pacis dirigimus, quoniam illud actionum iter pergitur, in quo ab auctoris nostri gratia non discordemus. A. M. B. R. O. Similis & illud aduertit quod paucis Elisabetha, quae multis Zacharias prophetae, & verique sancto impletus spiritu loquebatur, sed disciplina seruatur, vt mulier discere magis, quae diuina sunt studeat quam docere. B. E. D. A. Praedicator puer futurus, vt liberius audiret suos a mundi illecebris erudiendo sustollat, primamquam in desertis tranfgit vitam. vnde dicitur. Puer autem crescebat. THEO. Secundum corporalem aetatem, & confortabatur spiritu. Simul enim cum corpore spirituale donum crescebat, & spiritus operationes in eo magis ac magis ostendebantur. ORI. Vel crescebat spiritu nec in eadem permanebat mensura qua ceperat, sed

semper crescebat spiritus in eo, semper voluntas eius ad meliorem tendens habebat profectus suos, & mens diuinus aliquid contemplantur. Exercebat se memoria, vt plura in thesauro suo recorderet. Addit autem. Et confortabatur. Infirma. n. est humana natura. Legimus enim: Caro autem infirma. Confortanda est itaque spiritu, spiritus enim promptus est. Multi confortantur carne, athleta autem Dei spiritu roborandus est, vt sapientiam carnis elidat. vnde recessit, fugiens tumultum vt bium propter frequentiam. Sequitur enim. Et erat in desertis: vbi purior aer est, caelum apertius, & familiarior Deus, vt quia nondum baptisimi & praedicationis tepus aduenerat, vacaret orationibus & cum Angelis conuersaret, appellaret dominum, & illum audiret dicentem: Ecce adsum. THEOPH. Vel erat in desertis, vt extra multorum malitiam nutrireretur, & vt nemine vereretur arguere. Si enim fuisset in mundo, forte fuisset amicitia & conuersatione hominum deprauatus, simul etiam vt esset fide dignus, qui praedicatoris erat Christum. Occultabatur autem in desertis, donec placuit Deo ipsum Israelitico populo demonstrare. vnde sequitur. Vsque ad diem ostensionis suae ad Israel. AMBRO. Pulchre autem tempus quo fuit in vtero Prophetae describitur, ne Mariae praesentia taceatur, sed tempus sicutur infantia, eo quod praesentia matris Domini in vtero roboratur, qui infantia impedimenta nesciuit. C. A. P. II. B. E. D. A. Natus in carne Dei filius, sicut de Virgine natus virginis sibi deus ostendit esse gratissimum, ita pacatissimo tempore saeculi procreatur, quia pacem quaerere docuit, & pacis sectatores inuiter dignatur. Nullum autem potuit magis esse pacis indicium, quam totum orbem de descriptione concludi, cuius moderator Augustus, tanta duodecim annis circa tempus Dominicae natiuitatis pace regnauit, vt bellis toto orbe sopitis Prophetae praesagium ad litteram videretur implese. vnde dicitur. Factum est autem in diebus illis, Exiit edicta Caes. Augusto vt descri. vniuersus orbis. GR. A. E. Tunc etiam nascitur Christus, cum Principes Iudaeorum defecerant, & ad Romanos Principes translatum erat Imperium, quibus Iudaei tributa soluebant, & sic impletur prophetae praedicens non defecere Duces de Iuda, nec Principem de senioribus eius, donec veniat qui mittendus est. Tam vero Caesare Augusto, 42. annu Imperij peragente, exiit ab eo edictum totum orbem conscribi ad tributa soluenda, quod cuidam Cyrius Caesar commiserat, quem Iudae & Syriae Praesidem statuit, vnde sequitur. Haec descriptio prima facta est a Praeside Syriae Cyrius. B. E. D. A. Signat hanc descriptionem vel primam esse earum, quae totum orbem concludunt, quia plerumque iam partes terrarum saepe leguntur fuisse descriptae, vel primo tunc capisse, quando Cyrius in Syriam missus est. AMBRO. Pulchre autem Praesidis nomen addidit, vt ferriem temporis designaret, nam si Consules ascribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptionis omnium debuit tempus ascribi. B. E. D. A. Superna autem dispensatione professio census ita descripta est, vt in suam quisque patriam ire iuberetur, secundum quod sequitur. Et ibant omnes vt profiteretur singuli in ciuitatem suam. Quod ideo factum est, vt Dominus alibi conceptus, alibi natus, insidiantis Herodis furorem facilius euaderet. vnde sequitur. Ascendit autem & Ioseph a Galilaea de ciuitate Nazareth in Iudaeam. CHRYSOSTOMVS. Domino autem dirigente Augustus hoc edictum censuit, vt vniuersi genti praesentiae famuletur. nam hoc edictum matrem attrahebat in patriam, quam Prophetae praedixerant, scilicet in Bethleem Iudae. vnde dicit. Ciuitatem Dauid quae vocatur Bethleem. GR. A. E. C. V. S. Ideo autem addidit ciuitatem Dauid, vt promissionem factam Dauid a Deo ex fructu ventris eius Rex perpetuus adueneret, esse completam annunciet. vnde sequitur. Et quod esset de domo & familia Dauid. Per hoc autem, quod Ioseph erat de cognatione Dauid, ostentus fuit Euangelista ipsam quoque virginem de cognatione Dauid pmulgare, cum lex diuina praecipere coniugales copulas ex eadem Caten. Aur. S. Tho. 5 4 progenie



progenie contrahi. unde sequitur: Cum Maria desponsata sibi uxore pregnant. C Y R I L. Dicit autem eam fuisse desponsatam inuens, quod solis sponsalibus precedentibus est conceptio subsecuta: neque enim ex virili semine sancta virgo concepit. G R E G. in Hom. Mystice autem nascituro Domino mundus describitur, quia ille apparebat in carne, qui electos suos ascriberet in eternitate. A M B R. Et dum professio secularis ostenditur, spiritualis implicatur, non terrarum regi dicenda, sed celi. professio ista fidei census animosum est. Abolito enim synagoge census uetulo, nouus census Ecclesie parabatur. denique ut scias censum non Augulth esse sed Christi, totus orbis profiteri iubetur. Quis autem poterat professionem totius orbis exigere, nisi qui totius orbis habebat imperium? non enim Augulth sed Dñs est terra & plenitudo eius. B E D A. Qui etiam uocabulum Augulth perfectissime compleuit, ut puta suos & augere desiderans, & augere sufficiens. T H E O. Conueniens etiam erat, ut per Christum cultus multorum deorum desineret, & unus Deus coleretur: unde uisus Rex orbi imperasse describitur. O R I. Diligentius autem intuenti sacramentum quoddam uideatur figurari, quod in totius orbis professione describi oportuerit & Christi stui, ut cum omnibus scripserit sanctificaret omnes, & cum orbe relatus in censum communionem sui praberet orbi. B E D A. Sicut autem tunc imperante Augultho, & presidente Cyrius, ibant singuli in suam ciuitatem ut profiterentur censum, sic modo imperante Christo per doctores Ecclesie presidēs profiteri debemus censum iusticie. A M B R O. Hec est ergo prima professio mentium Domino, cui omnes profitentur, non preconis euocatione sed ueris dicentis. Omnes geres plaudite manibus. denique ut sciat censum esse iusticie, ueniunt ad cum Ioseph & Maria, hoc est iustus & uirgo. Ille qui uerbum seruaret, ista que pareret. B E D A. Ciuitas nostra & patria, est patria beata ad quam crescitibus quo tidie uirtutibus ire debemus. Quotidie autem sancta Ecclesia sui admirata doctorem de roca mundana conuersationis quod Galilea sonat, in ciuitatem Iuda. confessionis & laudis ascendens, censum suę deuotionis regi æterno perfoluit, que in exemplo beatae uirginis Marię concepit nos uirgo de spiritu, que alij quidem desponsata ab alio fecundatur, dum praposto sibi Pontifici uisibiliter iungitur: sed inuisibilis spiritus uirtute cumulat. Unde & bene Ioseph auctus interpretatur, indicans ipso nomine, quod infantia loquentis magistrum nil ualeat, nisi augmentum superni iu uaminis ut audiat, acceperit.

A M B R O. Breuiter sanctus Lucas, & quomodo, & quo tempore, & quo loco secundum carnem Christus natus sit, explicauit dicens: Factum est autem cum essent ibi, impleti sunt dies ut pareret. Quomodo quidem, quia supra conceptus: sed uirgo generauit. G R E G. Nifenus. Apparens enim uir homo non per omnia legibus humane nature subiecit. nam quod ex muliere nascitur, humilitatem redoleat. Virginitas uero que ortu deseruiuit, ostendit quod transcendit hominem. Huius ergo iocunda portatio, ortus immaculatus, partus facilis, absque corruptela natiuitas, nec ex luxu incipiens, nec doloribus edita, quia namque ea que nature nostre mortem per culpam inseruit damnata est, ut cum doloribus pareret, oportebat parentem uite cum gaudio partum perficere. Eo autem tempore per incorruptionem uirginem ad uitam transiit mortalium, in quo dimini incipiunt tenebre, & nocturna immanitas exuberantia deficere cogitur. Mors enim peccati finem prauitatis attigerat, sed de cetero tendit ad nihilum. propter uere lucis presentiam que radijs Euangelicis totum orbem lustrauit. B E D A. Eo etiam tempore dignatus est incarnari, quo mox natus censu Cæsaris ascriberetur, atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur, unde etiam non solum propter iudicium regis stemmatis: sed etiam propter nominis sacramentum Dñs in Bethleem nascitur. G R E. Bethleem quippe domus panis interpretatur. Ipse naque est qui ait: Ego sum panis uiuus, qui de celo descendi. Locus ergo in quo Dñs nascitur domus panis ante uocabatur, quia futurum erat, ut ibi ille per materiam carnis appareret, qui electorum mentes interna satietate refeceret. B E D A. Sed & usque ad consummationem seculi Dominus in Nazareth concepit, in Bethleem natus non definit, cum quilibet audientium uerbi flore suscepto domum uerbi in se æterni panis efficit quotidie in uero uirginali, hoc est in animo credentium per

fidem concipitur, per baptismum gignitur. Sequitur: Et peperit filium suum primogenitum. H I E R O N Y. contra Heluidium: Ex hoc Heluidus nititur approbare primogenitum dici non posse, nisi eum qui habeat & fratres, sicut uirgenitus ille uocatur, qui parentibus sit solus filius. Nos autem ira diffinimus: Virgenitus est primogenitus, non omnis primogenitus est uirgenitus. Primogenitum non esse dicimus eum quem alij subsecuntur, sed ante quem nullus alius, quin si non est primogenitus nisi is que sequitur & fratres, tamdiu Sacerdotibus primogenita non debentur, quamdiu & alij fuerint procreati, ne forte partu postea non sequente, uirgenitus sit & non primogenitus. B E D A. Est etiam uirgenitus in substantia diuinitatis, primogenitus susceptione humanitatis, primogenitus in gratia, uirgenitus in natura. H I E R O. Contra Heluidium: Nulla autem ibi obsterit, nulla muliercularum sollicitudo intercessit. Ipsa autem in uoluit infans, ipsa mater & obsterit fuit, unde sequitur: Et panis eum inuoluit. B E D A. Qui totum mundum uario uelut ornatu panis uilibus inuoluit, ut nos solum primam recipere ualeamus: per quem omnia facta sunt, manus pedesque cunis alitringuntur, ut non sit manus ad opus bonum exerte, nostri sint pedes in uiam pacis directi. G R A E. C V S. O admirabilem coartationem & peregrinationem quam subiit qui continet orbem, ab initio captus per uiam, & eam in seipso decorat: nimirum si uoluisse uenire poterat mouendo celum, conuenticendo terram, emittens fulmina, non autem sic processit, non enim perdere sed saluare uolebat, ab ipsis primordijs humanam conculari superbiam, que ideo non tantum homo sit: sed etiam homo pauper, & pauperem matrem elegit, que carer his quibus natum infantem reclinet. Sequitur enim: Et reclinauit eum in praesepio. B E D A. Duri praesepis angustia continetur qui celum sedes est, ut nos per caelestis regni gaudia dilaret. Qui panis est Angelorum in praesepio reclinatur, ut nos quali sancta animalia carnis suae frumenta reficiat. C Y R I L L V S. Reperit etiam hominem factum bestialem in anima: & ideo in praesepio loco pabuli ponitur, ut uitam bestialem mutantes, ad consonantiam homini perducamus, scientiam, pertinentes non solum: sed panem caelestem uideat corpus. B E D A. Qui autem ad dextram patris sedet, in diuersorio loco egret, ut nobis in domo patris sui multas mansiones prepararet, unde sequitur: Quia non erat ei locus in diuersorio. Nascitur non in parentum domo, sed in diuersorio, & in uia, quia per incarnationis mysterium uia factus est, qua nos ad patriam, ubi ueritate & uita fruamur, adduceret. G R E G O R I V S. in Homilia. Et ut ostenderet, quia per humanitatem quam assumpserat, quasi in alieno natebatur non secundum parentem, sed secundum naturam. A M B R O S I V S. Propter te ergo infirmitas, in se potentia, propter te inopia, in se opulentia. noli hoc astimare quod cernis, sed quod redimeris agnosce. Plus Domine Iesu iniurijs tuis debeo, quod redemptus sum, quam opibus quod creatus sum. Non prodesset nasci, nisi etiam redimi profuisset.

A M B R O S I V S. Videte quemadmodum diuina curia fidem alitruat. Angelus Mariam, Angelus Ioseph, Angelus Pastores edocet. de quibus dicitur: Et Pastores erant in Regione eadem, uigilantes & custodientes uigilias noctis super gregem suum. C H R Y S O T O M V S. Ioseph quidem in somnis apparuit Angelus, Pastores autem uisibiliter quasi rudioribus, non autem Angelus iur Hierosolymam, non requisitit Scribas & Phariseos, erant enim corrupti, & pra inuidia cruciabatur. Sed hi erant syncreti, antiquam conuersationem Patriarcharum & Moyli colentes. Est autem semita quaedam ad Philosophiam perducens innocentia. B E D A. in Homilia. Nusquam autem in tota ueteris testamenti serie reperimus Angelos, qui tam sedulo apparuerunt patribus, cum luce apparuisse. Sed hoc prauilegium recte huic tempori est seruatum. quando exortum est in tenebris lumen rectis corde. unde sequitur: Et claritas Dei circumfulsit illos. AMBROSIVS. Ex uero funditur, sed corrumpat a celo, terreneo in diuersorio iacer, sed caelesti lumine uiget. G R A E C V S. Verum pauidi facti sunt in miraculo, unde sequitur: Et timuerunt timore

De incarn. unige. ca. 1.

omni d. al. giano. qu. ibat. idem. and.

pt. mol.

Hom. 12

timore magno. Sed Angelus cum pauor ingruerit, fugat ipsum. unde sequitur: Et dixit illis Angelus: nolite timere. non solum sedat terrorem, sed etiam alacritatem infundit. Sequitur enim: Et ecce enim euan. go. u. a. quod erit omni populo. Non solum populo Iudeorum, sed etiam omnibus. Causa autem gaudii ostenditur: nouus & admirabilis partus manifestatur ex ipsis nominibus. Nam sequitur: Quia natus est uobis hodie Saluator, qui est Christus dominus, quorum primum, id est Saluator est actio: tertium autem, id est dominus maiestatis. C Y R I L. Sed id quod in medio ponitur. id est Christus non naturalis significat, sed hypostasis compositam. In Christo enim Salvatore uincitionem fore celebratam fatemur: non tamen figuralem, sicut olim in regibus ex oleo quasi ex prophetica gratia, neque ad perfectionem alicuius negotii, iuxta illud Esaię: Hec dicit dominus Christo meo Cyro. Qui quaquam esset idolatra, dicitur esse Christus ut caelesti censura totam occuparet Babyloniorum prouinciam. Fuit autem uetus Saluator spiritus sancto humanitas in forma serui, uirgenitus autem ut Deus spiritus sancto credentes in eum. G R E C V S. Huius autem natiuitatis & tempus ostendit, cum dicit: Hodie & locum, cum subdit: In ciuitate Dauid. & signa, cum subiungit: Et hoc uobis signum: Inuenietis infantem panis inuolutum, & positum in praesepio. Etce pastoribus Angelum praesepium praedicant tamquam agnum in antro manifestatum & editum. B E D A. Crebris autem infantia Saluatoris, & Angelorum praconis, & euangelistarum nobis est conculcata testimonia, ut nostris altius cordibus quid pro nobis factum sit inuoluitur, & positum in praesepio. Inuenietis infantem panis inuolutum, & positum in praesepio: quia saluatoris datur non in ornatu auro stratorijs, sed in praesepibus inueniendum. M A X I M V S. in Sermo. Natiuitatis. Sed si tibi panis fortassis uilescens, Angelos collaudantes admirare. Si praesepio despicias, erige prae uter oculos, & nouam in celo stellam protestantem mundo natiuitatem dominicam contuere. Si credis uilia, crede mirifica. Sides his que humilitatis sunt dispersas, que alta sunt & caelestia uenerare. G R E G. in Hom. Mystice autem, quod uigilantibus pastoribus Angelus apparere, eoque claritas Dei circumfulsit, hoc est quod illi praeriter uideri sublimia meretur, qui fidelibus gregibus praesepio solliciti sunt. Dumque ipsi pie super gregem uigilant, diuina super eos laetitia gratia corrumpat. B E D A. in Homi. Significat enim mystice pastores isti gregum doctores quosque, ac rectores fidei delium animarum. Nox cuius uigilias custodiebant super gregem suum pericula tentationum indicat a quibus se suoque subiectos custodire non desistunt. Et bene nato domino pastores super gregem uigilant, quia natus est qui dicit: Ego sum pastor bonus, sed & tempus imminet quo idem pastor oues suas quae dispersa erant, ad uita pascua reuocaret. O R I. Cæterum, si ad secretiorem oportet ascendere intellectum, dicam quosdam fuisse pastores Angelos qui res humanas regerent. Et cum horum unusquisque sua custodia conseruaret, uenisse Angelum nato domino, & annunciasse pastoribus, quod uerus esset pastor exortus. Angeli enim ante aduentum Saluatoris, parum poterant commissis sibi uilicarijs asserere. Vix enim aliquis unus ex singulis gentibus credebatur in Deo, nunc autem populi accedunt ad fidem Iesu.

B E D A. Ne parua uisus Angeli uideretur auctoritas, postquam uisus sacramentum noue natiuitatis edocuit, statim multitudinem caelestium agminum affuit, unde dicitur: Et subito facta est cum Angelo multitudo militie caelestis. Bene chorus aduenit Angelorum militie caelestis uocabulum accipit, qui & duci illi in praesepio qui ad debellandas aeras potestas apparuit humiliter obsecundat, & ipse potestates easdem contrarias ne mortales tantum tentare ualeant, quantum uoluit fortiter armis caelestibus proturbat, quia uero Deus, & homo nascitur, iure hominibus, & Deo gloria canitur, unde sequitur: Laudantiu Deum & dicentibus: Gloria in altissimis Deo. vno Angelo, uero euangelizante nuncio natum in carne Deum mox multitudo militie caelestis in laudem Creatoris prorumpit, ut & Christo deuotionem impendat & nos suo instruat exemplo: quoties aliquis fratrum sacre eruditionis uerbum insonerit, uel ipse quae pietatis sunt ad mentem redixerimus: Deo sciam laudes corde, ore, & opere reddendas. C H R Y. Et olim quidem Angeli ad puniendum mittebantur, puta ad Israclitas, ad Dauid, ad Sodomitas, ad gentes conual

lem, nunc e contra canunt in terra gratias agentes Deo, eo quod suum descensum ad homines eis referant. G R E G. 28. Moral. Simul etiam laudant, quia redemptioni nostrae uoces suae exultationis accomodant, simul etiam, quia dum nos conspicimus recipi, suum gaudent numerum impleri. B E D A. Optant etiam pacem hominibus, cum subdunt: Et in terra pax hominibus, quia quos infirmos prius abiecit, & osque desperant, nascentes in carne domino iam socios uenerant. C Y R I L. Hec autem pax per Christum facta est. Reconciliat enim nos per se Deo & patri, culpam hostilem de medio auferens, duos populos in unum hominem pacificauit, ac caelicolas, & terrenos. mus hoc uerbum quod factum est quod fecit dominus, & ostendit nobis. & uenerunt festinantes, & inuenerunt Mariam, & Ioseph, & infantem positum in praesepio. Videntes autem cognouerunt de uerbo, quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati sunt, & de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia uerba haec, conseruens in unum gregem composuit. B E D A. Quibus autem hominibus pacem poscant, exponunt dicentes. Bonae uoluntatis, & eis, qui suscipiunt natum Christum, non enim est pax impijs, sed pax multa diligentibus nomen Dei. O R I. Sed diligens lector inquirat, quomodo Saluator dicit: Non ueni pacem mittere super terram, & nunc Angeli de eius natiuitate cantant. In terra pax hominibus, sed hoc quod pax esse dicitur in hominibus, bonae uoluntatis soluit questionem. pax enim quam non dat dominus super terram, non est pax bonae uoluntatis. A V G. 13. de Trini. Pertinet enim iustitia ad bonam uoluntatem. C H R Y. Apice autem mirandum processum Angelos ad nos deduxit prius, ac deinde dixit hominem ad superna, factum est caelum terra, cum terrena deberet recipere. O R I. Mystice autem uidebant Angeli se opus quod eis creditum fuerat implere non posse absque eo qui uere saluare poterat, & medicinam suam inferiorem esse quod hominum cura poscebat, unde sicut ueniat aliquis archiater qui habeat summam in medicina notitiam, & illi qui prius sanari nequieuerant: cernentes magistri manu, putredines cessare uulnerorum: non inuideat: sed in laudes archiatri erumpant: & dei qui sibi egrotantibusque tanta scientia hominem miserit: sic multitudo angelorum pro Christi aduentu deum laudat.

G R E C V S. Quae uisus sunt & relata stuporem ingesserunt pastoribus, & sic ostia sua omiserunt, & praesepio nocte Bethlehẽ, lucem indagantes Saluatoris, unde dicitur: Et factum est ut disceressent ab eis angeli in celum: pastores loquebantur ad uicem: Traheamus usque Bethlehem, & uidebunt quod dicitur. B E D A. Vere quasi uigilantes, non dixerunt uideamus puerum, sed uerbum quod factum est, uerbum quod semper erat uideamus, quomodo pro nobis caro factum est, siquidem hoc ipsum uerbum dominus est. Sequitur enim: Quod fecit dominus, & ostendit nobis, i. uideamus quomodo uerbum ipsum ipse fecerit, & ostendit nobis carnem suam. A M B. Vide quae singulariter scriptura figurarum libret momenta uerborum. Et cum caro domini uideretur, uideatur uerbum, quod est filius, non mediocriter fidei tibi hoc uideatur exemplum, non uilis persona pastorum: simplicitas enim quaeritur, non ambitio desideratur. Sequitur: Et uenerunt festinantes. nemo enim cum desidia Christum requirit. O R I. Quia uero festinantes uenerunt, & non pedetentim, ideo sequitur: Et inuenerunt Mariam, quae Iosue Iosue in partu. Et Ioseph, i. desponsatorem ortus dominici. Et infantem positum in praesepio. I. ipsum Saluatorem. B E D A: Est autem istius ordinis, ut honore digno celebrata uerbi incarnatione, ad ipsam quandoque uerbi gloriam intuendam pertingat, unde sequitur: Videntes autem, cogno. de uerbo quod dictum erat illis de puero hoc. G R E C V S. Occulta, si de felicia relata contuētes, nec contenti de ueritate stupere quae primitus uiderant, & perceperant Angelo nunciantem, non solum Marię & Ioseph promebant, sed etiam ceteris, & quod est, amplius, eorum mentibus ingebant, uade sequitur, & ostendit nobis: audierunt mirati sunt, & de his quae dicta erant a pastoribus ad ipsos. Quomodo enim non erat mirandum uidere caelicolum in terrenis, & terram pace conciliari caelestibus, & ineffabile illum infantulum numine quidem caelestia, humanitate uero terrestria connectentem adiuuicem, & sui compagine sedes mirandum praestantem? G L O. Nec solum mirantur de incarnationis mysterio, sed etiam de tanta pastorum attestacione, qui fingere inaudita nescirent, sed simplici facundia uera praedicarent. A M B. Nec cotemenda putes quae uerba uilla Prophetarum, a pastoribus, & Maria colligit fidem, unde sequitur: Maria autem conseruabat omnia uerba haec, conseruens in corde suo. Discamus sancta uigilantia in omnibus castitatem, quae non minus ore pudica quam corpore, argumenta

Cap. 4.

Homil. 13.

Cap. 13.

Hom. 13

ad. p. 13.

modi.

modi.